

remota, rursus infra dictas Kalendas Octobris ad eandem curiam reversuri. Alioquin si ad loca remotiora recesserint vel infra predictas Kalendas ad curiam predictam non redierint, penam illam incurrant, quam incurrissent, si antea non venissent. Illi autem, qui ratione constitutionis 'Cupientes' vel alias ad veniendum^a vel mittendum ad curiam iam forte artantur vel durantibus vacationibus huiusmodi artabuntur, veniant aut mittant ad ipsam curiam, prout tenentur, non obstante quod vacationes huiusmodi sint indite. Postquam autem venerint et se representaverint, ut iuris et moris existit, concessa predictis electis pro tempore, quo vacationes ipse durabunt, gaudeant libertate, nisi electi in concordia fuerint, qui pro eo, quod^b de facili expediri poterunt, apud eandem curiam teneantur et debeant remanere.

Datum Avinione die XI. Maii pontificatus domini nostri pape anno quinto.

Der Vizekanzler Petrus, Kardinalpriester von St. Anastasia, setzt die Ferien der päpstlichen Kanzlei vom 9. Juli — 1. Oktober fest, bestimmt aber die Ausnahmefälle, die auch während dieser Zeit zur Erledigung gelangen sollen.

Avignon, 1373 Juli 2.

Cod. Treverens. 987 f. 52'.

In der Angabe des Anfangstermins findet sich im Text eine Auslassung, die sich aber mit Anlehnung an die Datierung des Erlasses und mit Rücksicht darauf, dass der 9. Juli 1373 tatsächlich auf einen Samstag fiel, sicher ergänzen lässt.

Nos Petrus miseracione divina tituli sancte Anastasie presbiter cardinalis S. R. E. vicecancellarius de speciali mandato sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii divina providentia pape XI. oraculo vive vocis nobis facto indicimus generales vacaciones a die sabbati nona presentis mensis [Iulii usque ad Kalendas mensis]^c Octobris exclusive continue duraturas, ita quod hii qui secuntur curiam, vadant interim libere quo eis videbitur expedire, nec in causis interim quibuscumque procedatur, nisi idem dominus noster papa per se vel per alium seu alios, cum sibi videbitur expedire, inceptis negociis vel causis vel non ceptis deductis iam ad curiam vel infra dictas Kal. Octobris deducendis vellet vel mandaret procedi, vel in causis spoliacionum iam inchoatis vel

a) 'vendum' T. b) Fehlt O. c) Fehlt in T.